

**Landeskirchliches Archiv der Evangelischen Kirche von Westfalen Bestand 10 Nr. 569**

**Transkription (Sebastian Schröder, Februar 2015)**

1. Pastores et diaconi ministerii libera imperialis
2. Civitatis Tremoniae benevolo lectori gratiam et pacem a domino precantur.
3. Inter alias leges militares quas deus populo suo israelitico
4. ad praelium contra hostes ituro praescipsit, haec non pro minima habenda qua deus disposuit in militiae
5. sacerdotes interessent cui non solum dei cultum in ipso bellorum acie conservarent, et milites in tam periculoso et ancipiti vitae suae statu, nec non in negotiis salutis et animae
6. aedificarent sed etiam in suis dei verbis populum compellarent ac tum de fine belli ipsum informarent, tum promissione divinae praesentiae ad rem fortiter gerendam animarent,
7. cui legimus Deut. 20 Vs. 1. 2. 3. 4. et sane nemini rectius hae partes exhortandi milites tributae sunt, quam sacerdoti, utpote cui ordinarium docendi et exhortandi minimis competit.
8. Hinc etiam expressis verbis Deus ad Mosen dixit: M. exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes, qui vos oppugnant, classium canetis tubis et erit recordatio vestri coram
9. Domino Deo vestro, ut servemini ab hostibus vestris Num. 10 V. 9 et praecedente V. 8 Deus inquit: Filii vero Aaronis sacerdoctes clangent tubis. Quam ob causam cum ex-
10. peditio adversus Midianitas esset suscipienda, misit etiam Moses in praelium Phineas filium Eleazari sacerdotis Num. 31 V. 6. Et cum Deus in manus Josua adisset Je-
11. richo et Regem eius, omnesque fortes viros, Josua ad expugnandam urbem istam opera quoque sacerdotum, qui non solum arcam foederis tollere, sed etiam tubis classicum canere debuerunt, ute-
12. bantur. Secundum mandatum Dei. Joh. 6 v. 6 indeque etiam regis Saulis militiae sacerdos adfuit, qui cum Saul Philisteros invadere vellet, et populus etiam hoc institutum
13. approbaret memor officii sui bene suggestit: Accedamus huc ad Deum 1 Sam. 14 V. 36, cui adhortationi rex et milites statim obtemperarunt. Sic etiam rex Josa-
14. phat cum adversus Ammonitas et Moabitas expeditionem susciperet, non nullos sacerdotes et Levitas allevit, ut Deum laudarent, exercitum antecederent, et alta [---] dicerent:
15. Consistimini Domino, [---] 2. Par. 20 V. 19. 21. Hinc etiam ante [---] et salutaris mos est in novo Testamento in bello pastores castren-
16. ses secum habere, qui praedicatione verbi et administratione sacramentorum salutem animarum promoveant et ante praelii commissionem ad fiduciam in Deum milites
17. animent. Quo pertinent illud gratiam in glossa ad C. quicumque caus. 23. 9. 8. Sacerdotes propria manu arma arripere non debent, sed alias ad arripiendum, ad oppres-

18. sorum defensionem, atque ad inimicorum dei oppugnationem eis licet hortari. Ad circo etiam serenissimus landgravius Hassia Wilhelmus Ba-

19. tavorum dux legionarius sive chiliarcha pro laudabili sua legione de sultoria virum reverendum et clarissimum dominum Arnoldum Christi-

20. anum Vogt Tremonia Westphalum in pastorem castrensem clementissime vocavit. Cumque pro impetranda ad ecclesiasticum officium consue-

21. ta et usitata ordinatione ad nos remissus fit, profitemur hisce, nos cum eodem in ministerii nostri conventu die decimo octavo May facto, de non nullis religioni christianae

22. capitibus secundum monitum pauli 1. Tim. 3. 10. cap. 5. v. 22 collationem instituisse, et tantam rerum sacrarum peritiam, tantamque in fide iuxta invariaturum augusta-

23. nam confessionem sinceritatem in eo deprehendisse, ut communibus nostris suffragus dignus sit iudicatus, qui publice ad officium suum ecclesiasticum per preces et manuum impo-

24. sitionem consecraret, de legitima sua vocatione certior redderetur, et de future sui muneris partibus in totius ecclesiae conspectus graviter admoneretur. Suffragiis eventus respondit:

25. Nam die vigesimo may anni currentis, finite concione, quam ipsemet in primario [---] statis nostrae templo Renoldino videlicet summo eum applausu auditorium habuit, pro more

26. et consuetudine ecclesiarum invariatae augustanae confessionis, post devotam dei T. O. M. invocationem et diligentem de omnibus officii partibus admonitionem in ordinarium

27. prae memoratae legionis pastorem castrensem ordinatus fuit. Atque ita hoc nomine serenissimo principi hassiae Wilhelmo duci legionis illustrissimo, domino nostro

28. clementi, coeterisque eiusdem capitibus et membris eum ita commendamus, ut maior studio commendare non possimus, et deum precamur ut huic ipsius officio et statui ex

29. alto benedicat, quo se non solum, sed et omnes suos auditores gratia divina praeveniente concomitante et subsequente, salvare possit in maiorem fidem literas

30. hasce consueto ministerii nostri sigillo et propriarum manuum subscriptione roborare et confirmare voluimus. Actum Tremoniae anno 1703 die 20. May.

*[Unterschriften:]* Dresing, Pastor Renoldius mppr.; M. Arnoldus Bukier; Johannes Caspar Beuchman pastoris Marie mppr.; Bernhard Henrich Emphychoff pastoris ad St. Petrie; M. Bernh. Theod. Barpois Archi. Diac. Renold.; Johann Christoph Mering Ecclesiast. Renold.; Johannes Beurfuß Diac. ad d. Petr.; Justus Arnoldus Scheiblerus, Ecclest. Renold.; Johannes Henricus Melmannus, D. ad D. Nic.; Arnoldus Christophorus Zythopol, D. ad d. Mariae; Henricus Velthäek, pastor Brechtersis

*[Rückvermerk:]*

1703, d. 20. May Testimon. Ministerii Trem. de Ordinatione de Chr. Vogt Pastoris castrensis, postea Dernausis